



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Annales Mariani Societatis Iesv**

**Nádasi, János**

**Romæ, 1658**

Anno MDXCIV.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42840**

Amorem  
erga B.  
V. etiam  
per alios  
a Deo  
petere.

Grammaticæ miri erga Dñi Matrem amoris nomi-  
ne per celebri, cùm proximus à morte abesse, ade-  
rat quidam è Patribus. Is Antonium, inquit  
annuæ, magnoperè orare cœpit, vt vbi ad DEI  
dilecta que MARIA cohspectum venisset, præcipuum  
quodam fibi studium aduersus Deiparam Virginem im-  
petraret. Annuit ille: ac subridens; Precare, in-  
quit, DEVm, Pater, vt quod ait mihi contingat;  
nec tu me p̄missi immensum dices. Ne mul-  
ta; illo mortuo, Sacerdos iam promissi oblitus,  
nihilo secius sui postulati studium cœpit. Maiorem  
indies flaminam crescere sentiebat in pectore, ac  
studium B. Virginis onni operâ colendæ. Miran-  
ti quid esset, venit in mentem postulati sui. S. Bo-  
nauentura: *Stillicidium duloris tui affectiones facit*  
*sæcundissimas.*

obit 1594  
Meronym-  
ne.

Pro mor-  
te illam  
inuocate.

en.s. apud  
Marrac-  
ciūm balli

ANNO MDXCV.

335 P. Ioannes Osorius edidit de singulis B.V.  
festis conciones: item de Rosario & de singulari  
deuotione erga B. Virginem.

337 Hoc etiam anno nonis Nouembribus euo-  
catus est ex hac vita P. Franciscus de Petris. In  
lethali ægritudine hymnum magnæ Matri facrum  
ad alterum lecticæ latus appendi iussit, vii frequen-  
tius iteraret; quasi illud diceret cum Hermanno  
Iosepho celebri Dei Matris cliente, ac Sponso, ita  
canente in suo hymno de B. V.

*Cordi meo tu iungaris.*

*Ad cor meum tu loquaris.*

*Ave gaudens tibi clavio.*

*Te ut possum totus amo.*

*Et totis meis viribus.*

Etiam P. Gundisalus de Tapia hoc anno 10. Iulij  
in Indijs, cùm Deipara Rosarium recitaret clauâ  
in

in capite percussus, in odium fidei peremptus est.

338 In Collegio Limano apud Peruuios, te-  
stantur annuæ; ipso octiduo Immaculatæ Conceptio-  
nis Deip. Virginis, cui discipulorum Sodalitas di-  
cata est, viginti duas orationes de sacro illo my-  
sterio, in eius facello, dictas esse. Videtur omnis in-  
geniorum flos in laudes tunc conspirasse illius, de  
qua S. Basilius. Seleuc. Episc. interrogat: *Quo lau-  
dum flore debitam illi plementus coronam?*

Cócept.  
B. V. fe-  
stum co-  
lere.  
orat. 39.  
que est de:  
Annus.  
B. V.

339 Placet hic Deiparam colendi modus, &  
ipsi Deiparæ, & S. P. Ignatio, ut humilitate colo-  
tur. Vincentius Puccinus in admirabili, & plu-  
xium autoritate probata vitâ B. Mariæ Magda-  
lenæ de Pazzis ait, anno 1594. 18. Dec. Beatam p. a. c. 12.  
illam ab usu sensuum ad cælestia abductam, admî-  
randa spectasse. Videbat augustissimam cæli Regi-  
nam, quæ S. P. Ignatium Societatis Iesv Fundato-  
rem elegit, ut Magdalena de humilitate loqueretur;  
seu illam exhortaretur, ac doceret, bonæ disciplinæ  
bonus è cælo, & MARIANVS planè Magister. Paruit  
iubenti MARTÆ Ignatius, & ea dixit quæ ex ore  
loquentis in illa extasi B. Magdalena audita sunt,  
& descripta: Ego, Ignatius, aiebat, siim electus  
à Genitrice Sponsi tui ad tractandum coram te de  
humilitate. Tum de humilitate loqui exorsus di-  
xit; humilitatem esse sicut oleum in lucerna: opus  
esse, ut humilitate ac mansuetudine, velut oleo,  
pleni simus: neque posse nos sanctimoniaz lumine  
collucere sine humilitate; sicut absque oleo lychnus  
non ardet, non lucet. Humilitatem esse conti-  
nuam quandam cognitionem sui non esse, & con-  
tinuum gaudium in omnibus ijs rebus: quæ homi-  
nem posunt ad suu contemplationem inducere. Plu-  
ra ibi, ac diuina Ignatius; S. Angelo mox de Pau-  
per-

18. Dec.  
Humili-  
tatem do-  
cere.

V.E

peritate locuto. Tum Magdalena; gratia, siebat, laudes, & magnificientia tibi Deus virtutum, qui dignatus es mediante MARIA, Ignatio, & Angelo dare ancillæ tuæ notitiam alti huius, & adeò sublimis exercitij. Ee studi. Una nempè inter selectissimas MARIAE (qua similitate Deus placuit,) placendi, eamque cotendit artes industria festi humiliatas, quā, & ipsi prædicti simis, & ad id alios propterribus prouehantur. Quod fertur Ignatius agere MARIA voluit dum illum istuc duxit, id age: neque ipse tantum humilitati staret, sed & alios adhortare.

A N N O M D X C V .

340 Collegium Palencianum in annuis 1595. P. Joannis Ferandi meminimus. Hic etiam tum puer, à Patre ad mercaturam à studijs vocabatur. Igitur ante Beatissimæ Virginis imaginem Toleti effusus in mærorem ac preces, illam invenerit obtestatus est, ut ne auelleretur à studio literarum. Reliqua de illo vide in annuis, vel in Incitamentis Grecij impensis imm. 81 & 82. Hesychius Hierosolymitanus Beatissimam Virginem Matrem lucis, & stellam vite vocat. Vére illuxit terti Joannis vita hæc Mater lucis, & stellæ vita, ac multis alijs post Ioannem.

341 Hoc anno, vt perhibet Hippolytus Maracciis in Bibliotheca sua Marianæ, i. P. Hieronymi Natalis tractatus de lardibus Deiparae Virginis cusus est Antuerpiæ. In Zebri Sept. hoc anno viuere desit P. Antonius Sedennus, qui vt Deiparæ cultum Manilæ, ac in Philippinis propagaret, pictores acceperit, & insularum templo fecerit Deiparæ imaginibus impleuit.

342 P. Arnoldus Procurerius ad suam erga Deiparæ cultum propensionem novo nomine obligatum expertus est, quando ab ea est personatus.

Nam

Studia  
sua B. V.  
commen-  
dere.

b. 2. de  
B. V.

Imagi-  
nes B. V.  
curare.

obit 1595  
Tractat.